
Montpellier, 1783


Ex-libris
Charles Atwood
Kofoid
BMC

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

DE

HUMANI GENERIS VARIETATIBUS,

PRO BACCALAUREATUS GRADU CONSEQUENDO,

GUILLELMUS-JOANNES TAILLEFER, Sarlatensis apud Aquitanos, apud Tolosates Liberalium Artium Magister, nec-non Almæ Universitatis Medicinæ Monspeliensis Alumnus, die mensis Januarii anno 1783.

Magna ex parte hominum formas regionis naturam imitari reperies. HIPPOCRATES.

MONSPELII;

Apud JOANNEM-FRANCISCUM PICOT, Regis & Universitatis Medicinæ, Typographum unicum.

M. DCC. LXXXIII.

HUMANI GENERIS VARIETATES
PLERUMQUE CLIMATIS ARGUUNT EFFICACIAM.

Unus aut plures in gente individui ydiofincrafes affectant, fic & genus varietatibus cogitur. Caufæ in ordine naturali requirendæ funt, alias tamèn regimine politico oriundas, fed minùs effentiales reperies; de morali agant Sceptici, de homine naturali aget Medicus.

Algens latitudo proceres exhibet hominum formas, fic polares telluris tractus Finlandenfes, Exquimenfes, Patagonicos deniquè, maximè erectos gignunt incolas. Patagonicus autèm humanæ fpeciei Gigas inter virorum potentiffimos fupereminet. Maximè de hifce loquendo difcrepant viatores; Hifpani femper grandia & portentofa affectantes magellanici littoris accolarum ftaturam nonum & decimum ad ufque pedem attollunt, fic loquitur & ipfe magnus Magellan, qui primus auftrales appulit ripas, *Frezier* longè etiàm proceriores invififfe afferit. Hancce Patagonicorum molem inter fabulas rejiciendam contendunt alii, inter quos notandi funt clarus Nauta *Narboroug* & Doctus *Winter*, qui Rege Jacobo fecundo magellanicas peragrare juffus oras, nullos præ potentis ftaturæ afferit reperiiffe viros. Libenter tamèn reputarem nunquàm illos, Magellaniæ falutaffe ripas, & vicinius tantùm Lufitanorum, & Hifpanorum colonum applicuiffe lit-

tus. Siquidèm sic noster fatur Navita regius D. *de Bougainville.* Viros vidimus proceres quorum plerique sex pedes adæqua-bant , nonnulli etiàm ultrà caput extollebant. Ex tàm diver-simodè narrato, concludam, non giganteam, sed reverà potentem existere in Magellaniâ gentem, cujusce individui totius telluris incolarum superantes staturam, septimum ferè pedem exæquant. Sic cum magnis viris (1) fatendum est frigus humani corporis expansioni opportunum, portentosas gignere virorum formas. Dùm asperior plaga, erectiori in latitudine, montiumve jugis, vires naturæ coarctat miseri-mos exiguæ quæ staturæ præbet individuos, non tantùm enìm in Laponiâ humunculos reperias, in excelsissimis montibus versantur & alii, & numero plures, culmine montium è quibus manat senegallicus amnis, inhabitat La-ponum genus, colunt nomine quimos montana juga Mada-gascari, tertium cum nonnullo pollice vix adæquantes, visi sunt & etiàm in montibus Tuccumani; existunt igitur, inter fabulas mandatæ, illæ Pigmeorum gentes ab antiquis decantatæ, quas in Africâ & Histmo panamani reperiisse Auctor est Eques *Bruce*, *Waffer*, viatorum testimonio devictus repetito, illas magnus *Buffon* in suo Historiæ naturalis the-sauro consecravit. Aëris asperitas solum sterile & montanum naturæ incremento obnoxium, humiles tantùm & quasi abor-tivos gignit fœtus; neque dubitem quin Athleticorum pro-pago virorum ingrato dedita telluri, brevi in deterius rueret. Et si attendas, solum aridum montanum, incremento etiàm vegetabilium obstat, etenìm arbores, ramosæ feraces, pinus, robur, populi, humilia & lenta deveniunt arbuscula, ex eo præcisè quod sint alpina, seu montana (2).

De hominum staturâ sermonem agendo nobis concludere liceat naturam semper sibimetipsi æqualem determinatas

---

(1) *Hipp. Buffon*, *Huxham*, *Barthez.*

(2) *Buffon.*

coërceri intrà limites, & obſervatis gaudere proportionibus. Sic generalis hominum ſtaturæ quinque pedes menſura fiet, ſeptem gigantea altitudo, treſque nanorum erectio pedes adæquabit. Sic duo ſuprà, & infrà pedes certa erunt incrementi aut decrementi termina. Quandòque fateor, individui excelſiorem aut humiliorem adipiſcuntur ſtaturam, ſed accidentales illæ varietates, minùs regulæ inefficaciam quàm naturæ libertatem arguunt. Et quamvìs longè nanus à giganteâ mole diſtet, multo tamèn quamvìs eamdem ſtirpem relinquat, Melitenſis catulus ab Anglo moloſſo diſtat. Sed rarò apud homines in medium jacti quaſi luſus naturæ, difformia præbent corpora. Suprà regulam conſtantem unam aut plures, anatomico intuitui, oſtendunt vertebras & longiora debito femen & crura exhibent; dùm homunculi oſtendunt rachiticas formas femur, crura, caput & omnem corporis habitum latè expanſum habent.

Cutis Zonâ ſub frigidâ aut æquali albeſcit, fervido liveſcit ſole, & deniquè intrà tropicos penitùs infuſcatur ſpecies nigrorum; donèc tropico peragrato, rursùs in album detingitur; hæc autèm cutis infuſcatio climatis fervorem arguit, arguunt & crines nigrorum lanuginoſi climatis efficaciam. Etenìm varias inter hypotheſim ſtabilientes, hancce colligimus obſervationem. Navita San-Thome Inſulæ applicuit, cùm duobus bombycineata coma catulis, decidentibus auriculis, & quinque immorando elapſis menſibus fulvi, incompti, ecce totum corpus cooperierunt pili, auriculæ arrectæ capiti ſteterunt. Rauco & ſtridulo gutture latrare cœperunt. Si Europâ devecti poſt aliquot menſes tantam climatis paſſi ſunt catuli efficaciam, quin magìs genus hominum ſole ſub ferventi per tot ſœcula debuit infuſcari, & adulteratam emittere prolem.

Albedo autèm in gente nigrorum typum non ſervat, veluti individualis morbus, & accidua varietas. Illa autèm incaneſcentia morbum teſtatur cutaneum, entenìm obſerva-

tis, apud Subalbidos, conſtat ſtagnanti ſero mucum reticuloſum madefieri, ſicut apud noſtrates, pallentes maditate tabeſcunt leuco-phlegmatici; albi autèm nigri morboſo habitu imbecilles, nullam prolem relinquunt, conſtanti obſervatione, mares continuò veneri imbelles fœminæque ſæpiùs ſteriles ſemel, ſed raròpuerperæ viſæ ſunt, nunquàm ſui generis relinquere ſobolem.

Nùnc ſi attendant Europeos in Indiis delatos ità climatis efficaciâ fuiſſe adulteratos, ut vix Luſitanorum, Hiſpanorumque propago æruginеоſo indigenarum colore ſecernatur. Concludere fas erit, nigros in boreali littore devectos, in longum ſubcaneſcentem relicturos eſſe prolem, victrix erit analogia ſi cum magno *Buffon* candidus ſit generi peculiaris color, ſole moribus & victu per ſœcula adulteratus.

Lis inter viatores & phyſiologiſtas injudicata remanet, an apud mulieres Hottentotas, pallio quodam membranaceo muliebria ſint cooperta nec-ne, denegantes inter, eximii ponderis eminet *Buffon*, inter fabulas reſpuendam eſſe indignam creditu hiſtoriam, aſſerit. Difficilis plerùmque adeſt rei probatio, verecundæ enìm Hottentotarum fœminæ pudibunda ſedulò arcent oculis; Auctore tamèn Domino *de Querhoënt*; Promontorii bonæ ſpei Medicus, lue infectas vencreâ hujuſce gentis fœminas ſanaſſe, membranamque latè expanſam è ſuperiori utrâque genitalis oris rimâ pendulam vidiſſe aſſerit. Attendant continuò olei ſuberiſque apud Hottentotas verſato affrictu, textum cutaneum poſſe reſolvi ſtagnantique undiquè madore flaccidam præſtare teguminum expanſionem. Sinè judicio mentem refero meam.

Algida temperies corpus firmat, denſatque moles, roſaceo depingitur cutis colore, arteriæ contractili pollentes elaterio ſanguinem in canalculis depellunt minoribus; crebræ iterantur diaſtole, ſiſtoleque vices, floridus manat artus ad imos, & vitam cum vigore devehit. Robur, tonus, velocitas, in muſculis vigent. Digeſtivorum ſecretoriorumque

viſcerum facultates ritè funguntur officiis. Opiparo, lauto indigent, borealicolæ victu, minori ſenſibilitate, erectiori robore pollent, moliſque poteſtas lacertoſa, ingenio præbet fortitudinis ſuperbiam, quæ ſtrenuos gignit animos, prima inter homines fortitudinis origo.

Fractæ autèm meridionalicolarum vires, flaccida langueſcunt digeſtiva viſcera, levem ſubaquoſum expoſcunt victum, in iſto organorum deliquio ingenium reperias acre diffidens, bellorum impar atque laborum, aliaque mollis animi indicia, in lectis regidem vitamque trahendo peragunt. Senſibilitas mobilitaſque inverſo gradu creſcunt, ſole ſub fervido ſentiendi vim exacueri nullus dubitat, aſt ſolis ardore nervulorum fibras dilatari, & ſenſibilitatem augeri meliùs quàm in boreali littore (ubi, frigus, cutem reſerat, nerveaſque huppulas intùs retrahit tegumentorum) quidam excogitant. Aſt acris æſtus ſentiendi aciem non ſecùs ac frigus obtundere debet. Immodica enìm nervorum nuditas & dilatatio calore effecta, tactus & offactus &c. ægrè lædit, & dehìnc hebetat organa, veluti apud agreſtes viros diurnus ruralis operis affrictus, manus & artus omnes callo indurat. Sic apud indicolas ſi egregiè feſtiva properat adoleſcentia, anxia etiàm ocyus impendet ſenectus, ſi tenellis annis uterque ſexus pubeſcit, brevi evaneſcit tempus amorum.

Ex ſuperiùs relatis facilè patefieri debent gentium mores, ingenia, formæ, corporis moles & habitus, reſpectivè ſitui inhabitati telluris, & præcipuè latitudinis, ſeu diſtantiæ ab æquatore. Hæc libello inſita, alia diſputationi mandanda de generis humani varietatibus puncta tueri conabor.

FINIS.

ARGUMENTABUNTUR

N. N. D. D. PROFESSORES REGII.

N. D. JOANNES-FRANCISCUS IMBERT, *Cancellarius & Judex.*

N. D. PAULUS-JOSEPHUS BARTHEZ, *Cancellarius & Judex Adjunctus.*

N. D. FRANCISCUS DE LAMURE, *Decanus.*

N. D. GASPARDUS-JOANNES RENÉ, *Pro-Decanus.*

N. D. ANTONIUS GOUAN.

N. D. FRANCISCUS BROUSSONET.

N. D. FRANCISCUS VIGAROUS.

N. D. JOANNES SABATIER.

N. D. JOANN. CAR. DE GRIMAUD, N. D. BARTHEZ, *Coadjutor.*

N. D. HENRICUS-LUDOVICUS BRUN, N. D. DE LAMURE, *Coadjutor.*